

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Exemplum c  
cum fonte primo

Non tantum curemus

habere bonam conscientiam  
sed quantum potest nostra infirmitas,  
quantum uigilantia fragilitatis humane,  
curemus nichil eciam facere quod ueniat  
in malam suspicionem infirmo fratri.

Augustinus libro de ouibus.

Curemus ergo, fratres, non tantum bene uiuere,  
sed etiam coram hominibus bene conuersari,  
nec tantum curare habere bonam conscientiam,  
sed quantum potest nostra infirmitas,  
quantum uigilantia fragilitatis humanae,  
curemus nihil etiam facere quod ueniat  
in malam suspicionem infirmo fratri,  
ne forte puras herbas mandendo et puras aquas bibendo,  
conculcemus pascua dei,  
et oues infirmae conculcatum manducant,  
et turbatum bibant.

Augustinus Hipponensis, *Sermones de uetere  
testamento*, 47.14 (CCSL 41, C. Lambot ed., p.584,  
ll.377-384).